



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, in Germania 5 M., in Gallia 5 F. 25 c. Prostat Parisiis in aedibus Croville-Morant, 20 rue de la Sorbonne. — Telephonum: József 858.

## Die Natali Sancto.

Angelus Domini in somnio apparuit Iosepho, dicens: Iosephe, Maria uxor pariet filium et vocabis nomen eius Iesum: liberabit enim populum suum ex peccatis ipsis.

Nato autem Iesu Bethleemae quae est Iudae, temporibus Herodis regis, ecce magi<sup>1</sup> ab oriente advenerunt Hierosolymam dicentes: Ubi est ille rex Iudaeorum qui natus est? vidimus enim eius stellam in oriente et venimus, ut adoremus eum.

Tum Herodes, clam<sup>2</sup> vocatis magis exquisivit ab eis, quo tempore stella apparuisset. Et, eis Bethleemam dimissis, dixit: Profecti,

penitus<sup>3</sup> exquirite de puerulo illo: postquam illum inveneritis, denuntiate mihi, ut ego veniam et adorem eum.

Ipsi vero, audito rege, profecti sunt: et ecce, stella, quam viderant in oriente, praeibat eis, donec venit stetitque supra locum, in quo erat puerulus ille. Visā autem stellā gavisī sunt gaudio magno valde: et ingressi domum, invenerunt puerulum cum Maria matre ipsius; et prostrati<sup>4</sup> adoraverunt eum: apertisque thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum et thus<sup>5</sup> et myrrham.


Et divinitus<sup>6</sup> admoniti in somnionē reverterentur ad Herodem, per



1 «böles» 2 titkon  
3 alaposan 4 leborulva  
5 tömjén 6 Istenótól.

aliam viam regressi sunt in regionem suam.

Pictura est *Antonii Correggii* (Allegri) pictoris Italici (1494—1534). Dresdae asservatur. Nomine *Noctis* nota est.



Vir doctus.



In pictura vides vicinum meum, dominum Papium, virum doctum, qui studiosissime investigat<sup>1</sup> occulta<sup>2</sup> naturae. Maxime amat silvam, ubi bestiolas, papiliones,<sup>3</sup> scarabaeos,<sup>4</sup> vermes<sup>5</sup> animaliaque alia quattuor, sex vel pluribus pedibus captat eaque in pyxide<sup>6</sup> ponit, tum domum portat, ubi ea diligentissime scrutatur,<sup>7</sup> quia non habet, quid agat.

Dum bestiolas captat, perit tempus et

postquam etiam pileus<sup>8</sup> papilionibus ornatus est, homo cenare cogitat, qui non solum pyxidem animalibus secum tulit, sed etiam sibi bonos cibos non sine vino.

Bestiolae misellae, quae acubus<sup>9</sup> infixae<sup>10</sup> etiam vivunt, acerbisimis tormentis<sup>11</sup> encantantur. Sed nemo impune peccat. Papius enim esuriens<sup>12</sup> et sitiens<sup>13</sup> mappam<sup>14</sup> extendit, in ea ponit cenam opulentam: panem, caseum,<sup>15</sup> butyrum,<sup>16</sup> pernam,<sup>17</sup> farcimina<sup>18</sup> et alia, quae naturae investigatores in silva, sub<sup>19</sup> divo<sup>19</sup> consumere amant.

Sed prius quam cenare incipit, conspicit inter herbas cochleam,<sup>20</sup> quae tranquilla, ut cochleae plerumque solent, pascitur. Eam tollit Papius ille doctus, ut per<sup>21</sup> vitrum<sup>21</sup> aspiceret.

Interea pulchritudine cochleae captus noster obliviscitur famem,<sup>22</sup> locum, tempus, nihil nisi cochleam videt. Sed Pumilus,<sup>23</sup> fur audacissimus iam pridem aderat et



1 kutat 2 rejtély 3 pillangó 4 bogár 5 féreg  
6 doboz 7 megvizsgál 8 kalap 9 tü 10 rászúr 11 kínzás 12 éhes 13 szomjas 14 asztalkendő 15 sajt 16 vaj 17 sonka 18 kolbász 19 szabad ég alatt 20 csiga 21 (nagyító) üvegen 22 éhség 23 Törpe



Corollarium<sup>1</sup> archiducis.

Ante meridiem societas excursionem faciens intrat hortos Alcsuthienses. Vix ingressi in arbore celsa virum conspiciunt, qui habitu<sup>2</sup> operario<sup>2</sup> ramos serrā<sup>3</sup> secat.<sup>3</sup>

— Audin', amice! alloquitur eum unus e societate.

— Num quid fieri iubent domini?

— Velimus visere hortos archiducis. Licebitne?

— Quidni liceat?

— Quā viam rectissimam inveniemus? Aut non praeoptaveris<sup>4</sup> viae dux esse?

— Libentissime. Sed prius derepam.<sup>5</sup>

Postquam operarius descendit, hospites comiter consalutavit et societatem ducere coepit.

Optimus dux itineris erat. Ostendit, exposuit ab<sup>6</sup> acia<sup>6</sup> et<sup>6</sup> acu<sup>6</sup> omnia. Hospites saepe capita contulerunt: «Tales homines famulantur<sup>7</sup> archiduci!»

Omnibus inspectis societas sex coronas duci sportulam<sup>1</sup> dedit, quam ille gratiis actis accepit.

1 ajándék, «borravaló» 2 munkásruha 3 fűrészszel 4 inkább akar 5 lemászik 6 töviről-hegyire 7 szolgál

virum singularem<sup>24</sup> spectabat clanculum,<sup>25</sup> ut cibos eius exquisitissimos surriperet. Dum Papius magnitudini, formae, colori bestiolae



intentus scrutatur,<sup>7</sup> Pumilus longis digitis panem, caseum, butyrum, pernam, farcimina et alia, quae naturae investigator noster sub divo consumere volebat, imprimis vinum abstulit. Deinde suspenso<sup>26</sup> gradu<sup>26</sup> furtim<sup>27</sup> se

subduxit. Post longam contemplationem denique Papius quod voluit, assecutus est. Penitus<sup>28</sup> perspexit cochleae formam et colorem, immo etiam faciem.

Tum demum respicit mappam et iterum respicit eam... per mirum<sup>29</sup> ei videbatur. Non videt cibos. Locum vix repperit, ubi antea cibi fuerant. «Sed ubi sunt — inquit — farcimina et cetera alia, quae edere volui?

Volui? Immo comedi ea. Quia solus aderam, alius cibos meos comedere non potuit. Sed intestina<sup>30</sup> mihi crepitant,<sup>30</sup> quasi nihil edis-

sem. Paululum<sup>31</sup> cibi sumpsisse videor et multum appeto, quia sub<sup>19</sup> divo<sup>19</sup> cursitabam.»

Tum laetus domum ivit, quasi ventrem multis cibis replevisset. Nonnunquam etiam vir doctus errare potest, uti figura docet.

<sup>24</sup> különös    <sup>25</sup> titkon    <sup>26</sup> lábujjhegyen    <sup>27</sup> lopva  
<sup>28</sup> alaposan    <sup>29</sup> nagyon csodálatos(nak)    <sup>30</sup> korog  
a gyomor    <sup>31</sup> kevés.

## Columbae.

Carmen Theophili Gautieri «Les Colombes» latine vertit Guilelmus Lehmann Vratisl.

*In illo colle, sub quo iacent tumbae,<sup>1</sup>  
Par cristae<sup>2</sup> viridi palma nitida  
Exsurgit, ad quam vesperi columbae  
In tuta commeant cubilia.<sup>3</sup>*

*Sed mane linquunt ramos: ut collare<sup>4</sup>  
Dilabens, albas illas aëris  
Per caerula videtis volitare  
Residëreque procul tegulis.<sup>5</sup>*

*Est arbor mea mens, in quam mirorum,  
Cum vesperascit, cohors<sup>6</sup> candida  
De caelo cadit palpitans<sup>7</sup> visorum,<sup>6</sup>  
Avolutura luce proxima.*

<sup>1</sup> sírdomb    <sup>2</sup> taréj    <sup>3</sup> pihenőhely    <sup>4</sup> nyakék    <sup>5</sup> téglá,  
«tető»    <sup>6</sup> a látomások serege    <sup>7</sup> «nyüzsgő».

Societas viae se dedit. Sed nondum hortos reliquerunt, cum et unus et alter dicebat: Nec tamen archiducem vidimus!

Tum hortulanum<sup>8</sup> forte praetereuntem interrogant:

— Dicas, sodes, non possumus videre archiducem Iosephum?

— Commode<sup>9</sup> interrogatis. Videte. Illic it...

— Ille operarius?

— Idem.

Societas non sine pudore virum conspexit. Ille operarius ipse erat archidux, cui sportulam dederant.

Meridie laetus narravit uxori Clotildi:

Dulcissima uxor, caenam hodiernam iam demerui...

<sup>8</sup> kertész    <sup>9</sup> jókor.

Sportulam deinde distribuit inter pueros pauperes.

G. Totis.

## Pan et Apollo.

Pan, deus pastorum, Mercurii filius, gregem in prato pascebat, quem tibiae<sup>1</sup> cantu delectabat.

Apollo, deus poetarum hoc modo eum allocutus est:

— Desine, mi frater, tibiā canere, ista iam obsolevit;<sup>2</sup> ecce lyra vel cithara. Procul dubio pluris<sup>3</sup> sunt<sup>3</sup> tuā vili tibiā.

— Equidem gregem boum meorum delectare volo, hic autem tibiae est assuetus.<sup>4</sup>

Omnes scriptores suos habent lectores.

Ad A. Fáy Vinc. Lakatos.

<sup>1</sup> tilinkó    <sup>2</sup> elavul    <sup>3</sup> többet érnek    <sup>4</sup> hozzászokott.

## Quemnam e novem?

Ad narrationem *Mauritii Jókai*.

Vivebat quondam Budapestini, in urbe celeberrima, sutor quidam pauperrimus, qui ex sutrina<sup>1</sup> nullo modo rem<sup>2</sup> domesticam<sup>3</sup> augere potuit. Non quia homines coniuraverint se amplius, caligas non gesturos, aut quia praefecti urbis iusserint caligas dimidio pretio vendendas esse. Caligas<sup>4</sup> bonas faciebat et ipsi emptores querebantur, quod ab illo semel consutae<sup>4</sup> dilacerari non possent. Multi erant, qui operā eius utebantur et probe solvebant. Ioannes a debitoribus nunquam deceptus tamen fortunā uti non poterat.

Ideo non potuit Ioannes divitias colligere, quia Deus optimus mirum in modum eum novem liberis fortunabat, qui optimā valetudine florebant. Interim, proinde<sup>5</sup> quasi<sup>5</sup> inopiā non satis urgeretur, etiam uxor de vita decessit et reliquit eum cum novem prolibus nondum adultis.

Nonnulli eorum iam ludos<sup>6</sup> frequentabant, alii adhuc incerto pede incedebant; Ioannes nunc unum fovebat,<sup>7</sup> nunc alteri pulterem<sup>8</sup> infantilem<sup>8</sup> coquebat; modo hic erat vestiendus, modo ille lavandus, cuncti autem sustentandi! Quod quidem magna res erat! Cum caligae erant faciendae, simul novenae! Cum panis erat secandus, simul novena frusta!<sup>9</sup> Cum lecti<sup>10</sup> erant sternendi,<sup>10</sup> ubique a ianuā usque ad fenestram lecti erant, referti minoribus, maioribus, subflavis,<sup>11</sup> fuscis<sup>12</sup> capitis.

Saepe Ioannes, cum etiam post mediam noctem laboraret et cunis<sup>13</sup> motis nunc hunc, nunc illum filium ex somno excitatum sopiret, ingemuit: «Oh, mi Deus, quantopere me fortunasti!» Sed Deo gratias! non erat, quod Ioannes quereretur, nam cuncti liberi sani erant, integris manibus, pedibus ventrisque. Potius novem frusta, quam una pyxis<sup>14</sup> medicamentorum! Potius novem lecti, quam unus locus!<sup>15</sup>

Aliquando die Nativitatis Domini nostri Iesu Christi Ioannes ad emptores complures caligas portavit, pro quibus parvam pecuniam accepit. Pervesperi post negotia perfecta domum rediens in omnibus angulis<sup>16</sup>

platearum<sup>16</sup> mensas oblectamentis variis placentisque<sup>17</sup> mellitis<sup>17</sup> oneratas videbat, quae institores<sup>18</sup> vendebant ad usum puero- rum bonorum. Ioannes opifex singulis locis constitit; emere voluit aliquid natis suis. Sed cunctis novem emat? Hoc multum sit! Uni tantum emat? Tum ceteri ei invident. Non: aliud donum, et pulchrum et bonum liberis dabit, quod neque frangetur, neque usu<sup>19</sup> conteretur,<sup>19</sup> omnibus gaudium maximum parabit.

— Agite,<sup>20</sup> pueri, omnes adestis? — inquit domum perveniens. — Scitisne hodie primas vespas esse Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, diem festum laetissimum et sollemnem? Hodie vesperi nihil aliud faciemus, nisi gaudebimus omnes.

Pueri adeo laetabantur<sup>21</sup> hodie gaudendum esse, ut paene domum subverterint.

— Tacete nunc. Quid? si vos carmen docebo. Scio enim pulcherrimum, quod vobis ad hunc diem dono reservavi!

Pueruli magno cum clamore invadent collum patris et precibus fatigabant eum de carmine.

— Quid dixi? Si vos bene geretis! State subito in ordinem! Sic, maior prior, minor posterior stet.

Pueros ordine collocavit, ut fistulae<sup>22</sup> organi. Duo minimi in genibus et gremio<sup>23</sup> patris considebant.

— Nunc iam silentium! Ego prius carmen praecinam; vos autem me praecunte cantabitis.

Quibus dictis capite nudato, vultu gravi, religioso incēpit carmen sacrum:

«Veni Redemptor gentium,  
Ostende partum Virginis...»

Maiores natu pueri puellaeque brevi tempore carmen didicerunt, minores autem initio carmen modulari<sup>24</sup> nesciebant. Tandem omnes instructi erant. Quod sane magnum gaudium fuit, cum eodem tempore

1 csizmadiaság 2 vagyon 3 csizma 4 megvarr  
5 mintha csak 6 elemi iskola 7 melenget 8 gyermek-  
pép 9 darab 10 ágyat vet 11 szöszke 12 barna  
13 cunae bölcső 14 doboz 15 koporsó 16 utcasarok  
17 mézeskalács 18 árus 19 kopik 20 nos 21 vigad  
22 síp 23 az öl 24 taktusban énekel

novem ora sono acutissimo<sup>25</sup> carmen cantarent.

In coelis profecto maxime gavisi sunt angeli cantu liberorum sutoris... Sed eo minus erat gaudium in prima contignatione.<sup>26</sup> Ibi enim dives caelebs<sup>27</sup> dominus habitat solus in novem conclavibus. In uno sedet, in altero dormitat, in tertio fumat,<sup>28</sup> in quarto cenat; quis dixerit, quid in reliquis faceret? Nec uxorem, nec prolem habet, sed pecunias tantas, ut ne ipse quidem numerum earum inire possit.

Dives dominus eo vespere forte in octavo conclavi sedens animo agitabat, quomodo tempus tereret, cum e conclavi Ioannis opificis initio tantum submissa<sup>29</sup> voce, deinde semper vehementius audiebatur laetissimum illud carmen. Quod initio attendere noluit sperans fore ut cantus mox desinat. Sed cum iam decimum, iterum atque iterum incēpissent, pertaesus<sup>30</sup> huius rei descendit in domicilium sutoris.

Tunc ipsum<sup>31</sup> desiit cantus, cum dominus apparuit. Ioannes summa cum reverentia surrexit coram domino illustri de sella sua.

— Nonne tu es Ioannes sutor? — interrogavit sutorem dives herus.

— Ego sum, domine illustris. Iubesne pulchras caligas fieri?

— Non ideo veni. Quam multos habes filios!

— Hercle habeo et maiores et minores, domine. Multa adsunt ora, cum res ad celandum venit.

— Vero<sup>32</sup> cum cantant. Audī, Ioannes! Te beneficio afficere velim. Da mihi unum e filiis tuis, quem adoptabo, educabo, qui dominus fiet ceterosque adiuvabit.

Ioannes maxime obstupefactus<sup>33</sup> est. Filium suum dominum fieri quis nolit! Hoc enim summa fortuna est!

— Age,<sup>34</sup> elige unum ex iis! — hortabatur sutorem dominus. Sutor Ioannes aggressus<sup>35</sup> est ad eligendum filium:

— Hic est Alexanderculus. Hunc non dimitto, quia bene discit; hic sacerdos fiet. Haec puella est, domino illustri non est opus<sup>36</sup> puellā. Iste Francisculus iam tiro<sup>37</sup> est in mea arte, quo non facile caream.<sup>38</sup>

Ioannes vero in nomen meum est baptizatus.<sup>39</sup> Iosephus parvus simillimus est matri; quomodo conspectu eius carere possim? Haec autem puella est, dein adest Paulus, qui carissimus erat matri. Oh femina mi-



sera, umbra tua e terra exiret, si eum alieno darem. Hi duo minimi sunt; quid cum illis facias, domine illustrissime?

Iam ad finem pervenit, at nullo modo quemquam eligere potuit. Dein rursus recognoscere<sup>40</sup> coepit eos; sed frustra.

— Agite, pueri, legite ipsi! Quis vestrum vult magnus dominus fieri? Loquimini! Procedat,<sup>41</sup> qui vult!

— Sutor pauper haec dicens paene flebat. Liberi singuli sub tergum eius se abdiderunt, unus manus, alter pedes, tertius sub-

<sup>25</sup> magas <sup>26</sup> emelet <sup>27</sup> nőtlen <sup>28</sup> szivarozik <sup>29</sup> halk  
<sup>30</sup> megúnva <sup>31</sup> épen <sup>32</sup> hát még <sup>33</sup> meghökken  
<sup>34</sup> rajta <sup>35</sup> nekifog <sup>36</sup> szükség <sup>37</sup> inas <sup>38</sup> nélkülöz  
<sup>39</sup> keresztel <sup>40</sup> számba vesz <sup>41</sup> előlép

ligaculum<sup>42</sup> scorteum<sup>43</sup> patris comprehendit. Ad extremum Ioannes non potuit se continere, quin<sup>44</sup> lacrimans amplecteretur parvulos suos, qui unā cum patre flebant.

Quae cum dominus dives vidisset, id modo rogavit Ioannem, ne amplius cantarent, invicem mille florenis datis ascendit in domicilium suum, ut se rursus languori<sup>45</sup> et desidia<sup>46</sup> dederet.

Ioannes valde admirabatur pecuniam, quantum antea nondum viderat eamque pavidus in cistam<sup>47</sup> inclusit et conticuit. Etiam liberi facebant. Non licebat cantare. Pueri maiores indignantes consederunt in sellis et minores placabant,<sup>48</sup> cum cantare coeperant.

Ipsellularius<sup>49</sup> tacitus inambulabat et aspere<sup>50</sup> depulit puerum, matri quondam carissimum, cum rogabat, ut se, modos<sup>51</sup> carminis, quorum iam oblitus esset, doceret. Non licet cantare!

Postea murmurans in tripode consedit et summo cum studio laborare coepit. Eo<sup>52</sup> usque<sup>52</sup> tundebat<sup>53</sup> et suebat corium,<sup>54</sup> dum brevi animadvertit se ipsum quoque cantantem: «Veni Redemptor gentium...» Primo os<sup>55</sup> sibi obtudit<sup>55</sup> sed mox irā incensus de sella exsiluit. Aperuit cistam, prompsit<sup>56</sup> pecuniam et statim in contignationem ad dominum illustrem properavit. In mensa posuit thesaurum et ad suos recurrit. Omnes deinceps<sup>57</sup> osculatus ordine collocavit, ipse medius inter eos consedit in humili sella et mox inceperunt toto pectore:


«Veni Redemptor gentium,  
Ostende partum Virginis...»

Etiam laeto animo erant, tamquam ipsorum ista domus magna esset. Qui autem illam magnam domum habuit, solus ambulabat per novem conclavia, idque agitabat,<sup>58</sup> quid gaudii perciperent alii in hac magna odiosa<sup>59</sup> terrā!

*Julius Bauer,*

disc. VII. cl. gymn., Keszthelyensis.

42 kötény 43 bőr- 44 azért 45 unalom 46 tétlenség  
47 láda 48 csitít 49 mester 50 nyersen 51 dallam  
52 addig 53 kalapácsol 54 bőr 55 szájára üt 56 kivesz  
57 rendre 58 fontolgat 59 unalmas.



### Amicus animalium adolescentulus.

Haud quemquam vestrum esse arbitror, qui sibi non optaverit animal quoddam, quocum ludere posset: canem laetum, cuniculum<sup>1</sup> alacrem, sturnum<sup>2</sup> loquacem, tursionem<sup>3</sup> vagientem. Priusquam autem ani-



mal tibi comparas, quaedam te admonere velim. Quae si tibi displicuerint, renuntia<sup>4</sup> collusori<sup>5</sup> quadrupedi.

Qui animal suum<sup>6</sup> facit, pro patre ei est. Sibi curae habere debet, ut animal satis cibi et potionis accipiat, ut contra tempestatem adversam tutum sit, praeterea mundum<sup>7</sup> servetur. Prius noscere<sup>8</sup> debet, quo cibo animal nutriendum, quantum et quoties ei praebendum sit. Sunt pueri, qui alumnos<sup>9</sup> suos initio nimium cibent,<sup>10</sup> deinde negligentiores fiunt, denique omnino eorum oliviscuntur.

1 mokus 2 mátyás 3 tengeri malac 4 felhagy  
5 játszótárs 6 sajátjává 7 tiszta 8 megtanul 9 ápolt  
10 etet



Considera cum animo nefas esse animal includere ac fame sitive enecari sinere.

Lex prima est, ut omnia animalia capta leniter atque amice tractentur.

Si forte bestiolam acceperis, quam hoc modo tractare nequis, potius amove eam, quam ut durius violentiusque<sup>11</sup> tractare commovearis.

Maiora munera<sup>12</sup> nullum animal poscendum est, quam quae praestare possit. Si tibi morem<sup>13</sup> gerit, da ei praemium. Contra parcus<sup>14</sup> esto bellariorum,<sup>15</sup> ne alumnus tuus negligens vel aegrotus fiat.

Da operam, ut animali domicilium suum placeat, in quo bene se habeat et libertatis amissae obliviscatur. Si huiusmodi receptaculum<sup>16</sup> ei praebere nequis, amove bestiam.

A nimis blandimentis<sup>17</sup> erga animal tempera,<sup>18</sup> noli oblivisci te omnibus animalibus hominem potiore esse. Omnino est repudiandum<sup>19</sup> animal tecum in lectulum<sup>20</sup> recipere<sup>21</sup> vel amplexari,<sup>22</sup> quasi homo sit.

Cura, ne animalia tua aliis hominibus molesta sint. Si diligis scarabaeos,<sup>23</sup> ranas, serpentes, gaudio tuo frui, sed noli oneri esse aliis, qui haec animalia non patiuntur.

Sed si firmā et solidā mente es praeditus, qui animal ordine<sup>24</sup> cures, qui certo cibum ei subministrare possis, tempus receptaculo purgando<sup>25</sup> habeas, his ipsis rebus assequeris, ut officia tua diligenter religioseque obire docearis.

Gaumont Parisianus, dominus officinae<sup>26</sup> fasciis<sup>27</sup> cinematographicis<sup>27</sup> conficiendis Berolini apparatus monstravit, qui et imaginem et vocem accurate reciperet:<sup>28</sup> fascia loquens reperta est.

Ipsā imagine primā spectantium et audientium animi maxime occupabantur. Vir quidam in publico ambulans crumenam<sup>29</sup> amittit, quam vasorum<sup>30</sup> — quae vocantur — porcellanicorum negotiator inventam abscondit. Sed qui crumenam amisit, animadvertit rem, quam ulturus<sup>31</sup> intrat tabernam negotiatoris, ubi ingentem multitudinem vasorum carissimorum confringit, tum aequo<sup>32</sup> animo<sup>33</sup> demittit manum in sinum<sup>33</sup> hominis, unde crumenam protrahit.

Res simplicissima est, sed animos maxima hilaritate affecit; qui aderant in risum effusi<sup>34</sup>

omnes mirabantur et vocem humanam et vasorum fractorum strepitum, machinā tam vere reddidit.

Inter ceteras imagines gallicinium<sup>35</sup> et ruditus leonum maxime laudabatur. Vox domitricis<sup>36</sup> a diversis vocibus leonis accuratissime discerni<sup>37</sup> poterat. Frequentia eorum, qui aderant, mirabantur varietatem sonorum tam vere redditorum.

Quem ad finem inventio Gaumonti ingeniosissima perventura sit, ne cogitare quidem audeo. Fieri potest, ut brevi tempore etiam melica<sup>38</sup> dramata<sup>38</sup> in spectaculis cinematographicis repraesentari non solum videamus, sed etiam audiamus.

11 erőszakos 12 «dolog» 13 engedelmeskedik 14 takarékos 15 nyalánság 16 tartózkodóhely 17 győngédség 18 tartózkodik 19 elvetni való 20 ágy 21 befogad 22 dédelget 23 bogár 24 rendesen 25 tisztít 26 gyár 27 film 28 fölvesz 29 tárca 30 edény 31 hogy bosszút álljon 32 nyugodtan 33 «zseb» 34 «kitör» 35 kukorékolás 36 szelidítő 37 megkülönböztet 38 opera.




Potentissimae civitates huius temporis summis viribus student quam latissimas terras, non solum administrandae<sup>1</sup> rei<sup>1</sup> publicae,<sup>1</sup> sed etiam publicorum<sup>2</sup> redituum<sup>2</sup> augendorum causā coniungere. Imperiis prolatandis<sup>3</sup> instituuntur in remotissimis terrae angulis<sup>4</sup> stationes, ubi naves citatiores<sup>5</sup> carbonibus suppeditentur, stationes telegraphi sine filo, quibus nuntii recentissimi cogitatione<sup>6</sup> citius perferantur, viae ferratae, quibus longinquitates spatii superentur, disiuncta coalescant,<sup>7</sup> fundamenta incrementis<sup>8</sup> futuris collocentur.

In Australia aedificatur via ferrata, quae regiones orientis cum occidente coniungat; in Canada imperium validum ortum est, quod primum<sup>9</sup> suum<sup>9</sup> esse putavit mare cum mari viā ferratā coniungere; viā fer-

1 politikai (okokból) 2 állami jövedelmek 3 kiterjeszt 4 «pont» 5 gyorsjáratú 6 gondolat 7 egyesül 8 gazdagodás 9 főkötelességének

ratā Sibirianā (8600 chiliometrorum) Russia domina Asiae septentrionalis facta est.

Gallia, quae in Africa colonias maximas possidet, aegre<sup>10</sup> fert,<sup>10</sup> quod hae rei publicae partes in locis diversis sitae atque inter se disiunctae,<sup>11</sup> quasi circa deserta Saharae collocatae, nodo<sup>12</sup> quodam firmo carere videantur. Africae pars media et occidentalis, quae incredibilem rerum ubertatem gi-gnunt,<sup>13</sup> ad mare internum<sup>14</sup> tendunt. Quia nunc vectura<sup>15</sup> carissima est, curatores rei publicae Gallicae viae ferratae in Africa



aedificandae operam dant. Hac viā ferratā negotiatio<sup>16</sup> Africae interioris, cursus<sup>17</sup> publicus,<sup>17</sup> com meatus<sup>18</sup> militum et togatorum<sup>19</sup> ad septentriones dirigerentur. E compluribus coloniis imperium unum fieret. Ab urbe Oran ad Colomb Bechar via ferrata Numidica 750 chiliometrorum iam exaedificata est. Inde imago<sup>20</sup> viae ferratae futurae describitur<sup>20</sup> per Igli, Silet, Agades ad ripam paludis Libyae, quae nunc Tsad nominatur. E media parte huius lineae apud Silet via<sup>21</sup> transversa<sup>21</sup> usque ad flumen Nigrum delineatur.<sup>22</sup> Pars regionis potius lapidosa, quam arenosa abundat aquis et herbis, immo dives est palmis et arboribus, quae lanam<sup>23</sup> maximae parti orbis terrarum suppeditare possint. Etiam res<sup>24</sup> pecuaria<sup>24</sup> exercetur in montibus, qui metallis quoque uberrimi sunt.

Incertum est, an Galli tantae<sup>25</sup> moli<sup>25</sup> per-ficiendae pares<sup>26</sup> futuri sint. Unum illud constat Gallos in meridiana parte Numidiae documenta<sup>27</sup> dedisse ad vias ferratas per deserta et aedificandas et tuendas ingenium habere. Legio quae dicitur peregrina, his locis gloriam sempiternam sibi paravit.

Antiquius etiam est consilium Britannorum, qui ab angulo<sup>4</sup> septentrionali ad promunturium<sup>38</sup> meridianum viam ferratam aedificare cogitant. Coloniā Germanicā et Belgicā Britanni prohibentur, quominus tota via ferrata per agrum suum aedificetur. Qua re haec via ferrata, omnibus populis, qui in Africam colonias deduxerunt, utilitati futura est. Ad hanc lineam<sup>29</sup> principem<sup>29</sup> (circiter CCIOO chiliometrorum) contendunt ceterae ab oriente sole atque occidente, quae quasi adiutrices emolumentis<sup>30</sup> com meatus<sup>31</sup> transitorii<sup>31</sup> fruuntur.

Cuius viae ferratae aedificandae ratio haec est: Promunturium meridianum, cataractae<sup>32</sup> Victoriae, Nyangve, Zemio, Bir Alali, Agades, Tuat, Colomb-Bechar. Nodus<sup>12</sup> omnium Africae viarum ferratarum Zenobio foret, quod oppidum in agro Gallico situm est, unde ceterae viae ferratae ut brachia diverterent.<sup>33</sup>

E decem milibus chiliometrorum partes non exiguae iam exaedificatae sunt. Britanni in regione australi ad Catangam (colonia Belgica) processerunt (3000 chiliometra), Belgae duobus annis ante circiter quingenta chiliometra confecerunt, Algeriā spatium chiliometrorum septingentorum et quinquaginta decurrit. Supersunt igitur ad sex milia chiliometrorum exaedificanda. Russi in desertis Mandshuriae undena chiliometra orbitalium<sup>34</sup> ferratarum singulis diebus collocasse feruntur, in coloniis Britannicis totidem ponebantur. Unde colligi<sup>35</sup> potest Gallos intra quattuor annos a septentrionibus ad paludem Libycam (Tsad) progressuros esse,


10 nehezen türi 11 elkülönítve 12 középpont 13 terem  
14 földközi 15 szállítás 16 kereskedelem 17 posta 18 továbbítás  
19 polgári elem 20 tervet készít 21 mellékpálya  
22 «tervez» 23 gyapjú 24 marhatenyésztés 25 ily óriási feladat  
26 par est bir vele 27 bizonyíték 28 fok  
29 fővonal 30 előny 31 átmenő forgalom 32 vízesés  
33 elágazik 34 vágány 35 következtek



quo facto e portu quocunque Galliae ad<sup>36</sup> id<sup>36</sup> locorum<sup>36</sup> quattuor diebus, totā autem viā ferratā per Africam exaedificatā Londinio novem diebus in Urbem<sup>37</sup> Iohannis<sup>37</sup> proficisci poteris.

In terrae hac parte nigra fatis magna tempora ostenduntur. Undique cultus<sup>38</sup> humanitasque<sup>38</sup> nostra ad interiorum fluminum alveos,<sup>39</sup> opibus plenos tendit. Credere non possum fore, ut hac via populi Europae eruditi inter se non congregiantur.<sup>40</sup> Si autem congressi erunt, ad laborem communem coibunt, cuius fructus profuturi<sup>41</sup> sint et victrici Europae et victae Africae.

<sup>36</sup> e vidékig <sup>37</sup> Johannsburg <sup>38</sup> műveltség <sup>39</sup> meder  
<sup>40</sup> találkozik <sup>41</sup> használ <sup>42</sup> hírlap



Rodosto, qualis est nunc.

### Mikes.<sup>1</sup>

Composuit Iosephus Léway. Latine reddidit Iosephus Irsik.

Solus hic ausculto<sup>2</sup> mare murmurare,  
Supra maris undas ventos aestuare,<sup>3</sup>  
Solus, solus hospes  
Exsulum superstes  
In Turcarum terra;  
Conditi sepulcro principis Rákóczi  
Magnum nisi numen hic maris atrocis  
Fluctuat in ira!

Arborum iam flava folia labuntur  
Et plagas<sup>4</sup> in omnes ventis rapiuntur;  
Migrat ex hac ora  
Et avis sonora<sup>5</sup>

Aliud sub coelum:

Ast ego quorsum me vertam, quo demigrem  
Hospita de sede, gentium proh, in quem  
Angulum<sup>6</sup> misellum!?

Zágon,<sup>7</sup> ad te versus stella pallens<sup>8</sup> monstrat,  
Ubi Transsylvanos montes nix coronat,  
Imos montes vero  
Iam splendore verno<sup>9</sup>  
Mille flores ornant...  
Ut papiliones,<sup>10</sup> omnes ubi flores  
Primae iuventutis animi memores  
Nunc circumvolitant!

Ah, cur ad te, terra patriae mi carae,  
Cur non ad te, gratam, possum revolare!?  
Cur in servitute  
Tristi tam diu te  
Habet fatum durum!?...  
Moveo pedem si remigrandi<sup>11</sup> mente,<sup>11</sup>  
Dulcis libertatis manus retinet me  
Usque ad sepulcrum.

En hic pane vescor<sup>12</sup> Caesaris Turcorum;  
Hic non auscultator<sup>13</sup> subdolos verborum  
Assistit fenestris  
Noctis sub tenebris  
Indicandi<sup>14</sup> causa...  
Vasta sum hic arbor, fulmine qui tangor,  
Qui procellā frangor; sed saltem non fraudor<sup>15</sup>  
Libertatis aurā.

Solus hic ausculto mare murmurare,  
Supra maris undas ventos aestuare,  
Solus, solus hospes  
Exsulum superstes  
In Turcarum terra...  
Conditi sepulcro principis Rákóczi  
Numen magnum circum me maris atrocis  
Fluctuat in ira.

<sup>1</sup> A szabadságharcos Rákóczi leghívebb embere, ki öt Lengyel- és Franciaországban át Törökországba a számkivetésbe is híven kísérte, ura halála után a Márványtenger mellett Rodostóban egyedül búsult <sup>2</sup> hallgat <sup>3</sup> zúg <sup>4</sup> táj <sup>5</sup> énekes <sup>6</sup> sarok <sup>7</sup> Mikes születéshelye <sup>8</sup> halvány <sup>9</sup> tavaszi <sup>10</sup> pillangó <sup>11</sup> a visszatérés szándékával <sup>12</sup> táplálkozik <sup>13</sup> leseledő <sup>14</sup> feljelentő <sup>15</sup> rászéd.

## Gallus II.

Scripsit G. A. Becker, in Latinum convertit —il.

Vir, quem sola sub nocte sine pedisequis domum rediisse diximus, fuit Corn. Gallus, poëta eximius, qui non tantum Vergilii et Propertii aliorumque celeberrimorum aequalium consuetudine<sup>1</sup> utebatur, sed etiam Augustum summa necessitudine<sup>2</sup> contigit. Vir facetus<sup>3</sup> urbanusque primoribus, qui hominem ignotum adunco<sup>4</sup> naso<sup>4</sup> suspenderunt,<sup>4</sup> ob amicum Augustum invisus aequae ac timendus, amicis autem, qui poëtam ob divitem venam magni aestimabant, carus acceptusque fuit.

Avus eius temporibus C. Marii et L. Corn. Cinnae peregrinus Romam migrabat. Civitate ibi ab ipso Cinna donatus nomen Cornelium<sup>5</sup> assumpsit addito cognomine Gallo. Proscriptionibus Sullanis perterritus in Galliam se recepit, ubi in oppido Foroiuliensi vitam obscuram vixit.

Gallus ibidem natus prima pueritiae tempora custode patre egit, qui de filii ingenio uberrimo quam optimam spem cepit. Itaque quamquam divitiis carebat nihil non fecit, ut filius bene educaretur, ac si loco equestri aut senatorio natus esset.

Pater filium primis litterarum elementis imbutum<sup>6</sup> Romam misit, ubi grammaticis clarissimis in disciplinam<sup>7</sup> tradidit. Gallus cum e<sup>8</sup> pueris<sup>8</sup> excessisset togamque virilem sumpsisset, doctissimis rhetoribus et philosophis usus est magistris. Viginti annos natus, ut tum mos erat adolescentium Romanorum, Athenas se contulit, ubi studiis finem imponeret et Atticam elegantiam cum gravitate<sup>9</sup> Romana coniungere doceretur.

Gallus Athenis versabatur, cum per Chresimum servum fidelem de morte patris certior<sup>10</sup> factus<sup>10</sup> est. Luctu lacrimisque confectus rediit Forum Iulium. Praeter acerbiteriam patris erepti augebatur maestitia, quod patrimonium<sup>11</sup> exspectatione minus erat. Nihilominus consilium cepit fortunae in Urbe experiendae. Interim studia intermissa<sup>12</sup> revocabat annoque post viribus pollens<sup>13</sup> et ingenio excultus Romam rediit.

Cum post secundum rei publicae constituendae triumviratum, Romam veniret, res inter triumviros eosque, qui liberae rei publicae studebant, ad arma spectabat. Gallus non studio<sup>14</sup> Octaviani aut ceterorum triumvirorum permotus sed suo iudicio usus partes<sup>15</sup> triumvirorum secutus est. Advenisse enim tempus imperii<sup>16</sup> singularis<sup>16</sup> praesentiebat sperabatque fore, ut sibi pro officiis faciendis merita praemia a triumviris persolverentur.

Salvidieno imperatore interfuit proelio navali, quod ad Scyllam cum Sexto Pompeio commissum est. Virtute et constantiam iam tunc animum<sup>17</sup> Octaviani in se convertit, cuius signa<sup>18</sup> paulo post secutus est ad Philippos. Rebus bene gestis cum victore reversus in Italiam, facilibus<sup>19</sup> moribus brevi tempore in consuetudinem Octaviani se insinuabat.<sup>20</sup> Interim ad elegias exarandas animum contulit (quae tamen saeculis volventibus perierunt). Iam laude poëtica florebat, cum inter Octavianum et Antonium bellum exarsit, quod etiam Gallum ad arma vocavit. Paraetonio, oppido maritimo expugnato, classe hostium oppressa, aliis magnis rebus gestis tanta apud Octavianum auctoritate valebat, ut cum Antonius et Cleopatra mortem sibi conscivissent,<sup>21</sup> ad praefecturam<sup>22</sup> Aegypti provectus sit.

Homines insolentes et insaturabiles<sup>23</sup> semper nituntur<sup>24</sup> in vetitum, quod eis pernicii esse solet. Ita et Gallus ad summum gradum dignitatis evector finis continentiae modestiaeque transgrediebatur. Statuas in multis urbibus Aegypti, imprimis Thebis sibi collocandas memoriamque suarum rerum gestarum pyramidibus insculpendam<sup>25</sup> curavit. Ex urbibus captis magnas divitias surripuit et pretiosa ornamenta<sup>26</sup> aliosque thesauros abstulit.

<sup>1</sup> érintkezés <sup>2</sup> barátság <sup>3</sup> szellemes <sup>4</sup> lenéz <sup>5</sup> minden szabad rómainak három neve volt: nomen, praenomen, cognomen <sup>6</sup> ellátva <sup>7</sup> tanítás <sup>8</sup> gyermekkorából <sup>9</sup> komolyság <sup>10</sup> értesül <sup>11</sup> örökség <sup>12</sup> abbahagy <sup>13</sup> duzzadó <sup>14</sup> vonzalom <sup>15</sup> párt <sup>16</sup> egyeduralom <sup>17</sup> figyelem <sup>18</sup> zászló <sup>19</sup> könnyed <sup>20</sup> behízeleg <sup>21</sup> elkövet <sup>22</sup> helytartó <sup>23</sup> telhetetlen <sup>24</sup> hajlik <sup>25</sup> bevés <sup>26</sup> dísz tárgy

Rebus eius Romae cognitis famāque auctis Augustus ei praefecturam abrogavit,<sup>27</sup> neque multum aberat, quin gratiā principis excideret.

In Urbem reversus ingentes opes, praefecturae spolia<sup>28</sup> secum attulit, quibus factum



Thebarum ruinae.

est, ut copiā omnium rerum abundaret. Itaque vita eius beata curisque soluta fuisset, si ingenium fervidum<sup>29</sup> moderari et linguam liberam continere<sup>30</sup> potuisset. Saepe accidit, ut in comissionibus<sup>31</sup> de factis Augusti temere et liberius loqueretur, quae omnia ab invidis, praesertim a Largo, sibi amicissimo quondam, ad principem deferebantur,<sup>32</sup> qui magis magisque ab illo alienabatur.

Quamquam potens et liber fuit, tamen maxime intererat<sup>33</sup> Galli, ut gratiam Augusti retineret, ut apud nobiles auctoritate valeret.

Ideo interfuit et hodie cenae Augusti, ad quam Largus quoque invitatus erat. Cavillationes<sup>34</sup> de conditione<sup>35</sup> Thebarum interiectae Gallum ad acerbitates<sup>36</sup> irritabant, quibus Augustus pro sua parte etiam acriter respondebat. Postquam igitur Augustus more solito digressus est, Gallus quoque abiit, ut se inter amicos recrearet.<sup>37</sup>

*Reliqua deinceps persequemur.*

<sup>27</sup> elvesz <sup>28</sup> zsákmány <sup>29</sup> tüzes <sup>30</sup> féken tart <sup>31</sup> dözsölés  
<sup>32</sup> följelent <sup>33</sup> érdekében áll <sup>34</sup> csipős megjegyzés  
<sup>35</sup> állapot <sup>36</sup> kifakadás <sup>37</sup> felüdít.

## De floribus sanguineis<sup>1</sup> Sztrecsnoensibus.

Scriptis Victor Rákosi, in Latinum convertit: —il.

### I.

Quodam die magnis montibus superatis in iugum Carpathum perveni, unde dux itineris Christianus Zimmerius, civis senior Scepusiensis<sup>2</sup> valles montibus subiectas otentans

— Aspice, domine, inquit, illaec est Polonia. Nos ad extremum Hungariae finem stamus.

Diu terras externas contemplantur,<sup>3</sup> cum tandem oculos ad proxima adieci stupensque animadverti iugum,<sup>4</sup> in quo reclinati<sup>5</sup> otio fruebatur, *floribus tantummodo sanguineis oppletum esse.*

— En! in hoc monte flores tantum sanguinei gignuntur<sup>6</sup> — dixi.

— Hercle — inquit senex — nec unus quidem inveniri potest colore albo vel croceo<sup>7</sup> vel violaceo.

— Quod quidem non miraris?

— Minime. Nulla igitur pervenit ad te fama de floribus sanguineis Sztrecsnoensibus?

— Nulla. Estne fabula quaedam de illis?

— Est.

Ad virum arrepsi,<sup>8</sup> oculos in eo defixi, qui dein submissa voce incepit.

### II.

In statione iugi Sztrecsnoensis erat positus Ioannes Szeredai cum duobus et septuaginta voluntariis<sup>9</sup> ad patriam tuendam conquisitis et aliquot cohortibus civium, haud satis armatis.

Quibus duo praesto<sup>10</sup> erant equites, quos Szeredai in valles Poloniae descendere iussit, ut nuntiarent, si hostes advenissent.

Tum iam tota Hungarorum natio impetum Russorum exspectabat.

Diluculo<sup>11</sup> cuiusdam diei equis citatis advolabant equites nuntiantes immensam Russorum multitudinem valles occupavisse.

<sup>1</sup> vérszinü <sup>2</sup> szepesi <sup>3</sup> szemlélt <sup>4</sup> hegyerinc <sup>5</sup> ledőlve <sup>6</sup> terem <sup>7</sup> sárga <sup>8</sup> hozzácsúszik <sup>9</sup> önkéntes  
<sup>10</sup> kéznél <sup>11</sup> hajnal

Per caligines<sup>12</sup> matutinas clangores tubarum<sup>13</sup> remoti strepitusque<sup>14</sup> pedum pervenerunt ad aures militum in iugo excubantium.<sup>15</sup>

— Iam appropinquant!

Szeredai cohortibus civium congregatis<sup>16</sup>



— Amici, inquit, vos ad patrios Penates redire iubeo. Laminas<sup>17</sup> falcium<sup>17</sup> in<sup>18</sup> rectum<sup>18</sup> revocatos<sup>18</sup> iterum incurvate,<sup>19</sup> securas<sup>20</sup> deponite, sclopeta<sup>21</sup> abscondite! Vos habetis uxores, habetis proles, vos ergo hinc relinere non possum. Proficiscimini!

Cohortes civium discesserunt. Centurio unum modo colonum<sup>22</sup> retinuit. Dein classicum<sup>23</sup> cani<sup>23</sup> iussit et coram acie haec dixit:

— Milites, tres et septuaginta hoc loco sumus; illinc, ab<sup>24</sup> imo,<sup>24</sup> centum milia Russorum nobis appropinquant. Attamen impetus eorum sustinendus est, ne Caesari Russorum<sup>25</sup> superbo nuntietur milites suos in Hungariam nullis resistentibus irrupisse.

Nostrum<sup>25</sup> est<sup>25</sup> moram<sup>26</sup> progrediendi<sup>26</sup> interponere...<sup>26</sup> Habeant sibi persuasum terram Hungariae pedibus attingere non posse, nisi nos omnes trucidassent... Experiendo<sup>27</sup> cognoscant trans montes nationem habitare, quae pro libertate mori didicerit...

Iuvenes, ex quibus parva manus constabat, ardentibus oculis centurioni haerebant.<sup>28</sup>

— Milites, actum<sup>29</sup> est<sup>29</sup> de patria nostra!... Blasius Farkas, discipulus collegii Sárospatakiensis, qui semper animi alacris<sup>30</sup> erat impatienter interruptit orationem centurionis:

— Quid multa! Vivamusne sine patria, an moriamur pro illa?

— Moriamur — clamabant una voce.

— Amici, perrexit<sup>31</sup> orationem centurio, vos milites quidem multis proeliis maturi, sed pro<sup>32</sup> aetate<sup>32</sup> adolescentuli estis. Quemque vestrum tota vita manet... Qui abire velit, dimittam eum... Plurimi vestrum domi matrem et patrem habetis, multi sponsam<sup>33</sup> et fratres sororesque. Vobis domum redeuntibus, qui vos plurimis proeliis fortissimos praebuistis, non est timendum, ne qua nomini ac generi nota<sup>34</sup> ignavia<sup>34</sup> inuratur.

Nec unus quidem ab signis discedere voluit.

— Carissimi — inquit Szeredai — iubeatis<sup>35</sup> itaque vestros valere.<sup>35</sup> Senem istum retinebam, qui litteras consanguineis vestris redderet.

Adolescentes septendecim vel duodeviginti ferme annorum deinceps<sup>36</sup> considerentes, super sarcinis<sup>37</sup> novissima<sup>38</sup> verba litteris mandarunt. Blasius in epistolā Collegio Sárospatakiensi inscriptā Ioannem Szeredai cum septuaginta duobus commilitonibus<sup>39</sup> pro patria moriturum esse nuntiavit nominaque eorum singillatim<sup>40</sup> persecutus<sup>41</sup> est.

*Reliqua deinceps persequemur.*

12 köd 13 kürt 14 dobogás 15 ört áll 16 összegyűl  
17 sarló pengéje 18 kiegyenesít 19 meggörbít 20 fejsz  
21 puska 22 paraszt 23 kürtjelet fuvat 24 alulró  
25 kötelességünk 26 feltartóztat 27 tapasztalásbó  
28 rajta csüng 29 vége van 30 élénk 31 folytat  
32 korotokhoz képest 33 jegyes 34 a gyávaság bélyege  
35 búcsut mond 36 rendre 37 «borjú» 38 utolsó 39 haj  
társ 40 egyenkint 41 felsorol.



**Omnibus lectoribus nostris dies festos felices faustos fortunatos precamur.**

**Hic numerus duplex est pro Cal. Sept. et Id. Dec. Proximus Cal. Ian. prodibit.**

**Praemium Nobelianum**, de quo aliquoties verba fecimus, hoc anno obvenit pro litteris<sup>1</sup> elegantioribus<sup>1</sup> Gerharo *Hauptmanno* (Germano) fabularum<sup>2</sup> scenicarum<sup>2</sup> scriptori, pro physicis *Daleno* machinatori<sup>3</sup> (Sueco), pro chemicis aequā portione Paulo *Sabatiero* magistro in universitate Tolosana et Guilelmo *Grignardo*, magistro in universitate Nancica. Singula praemia sunt coronarum centena quadragena milia et quadringenae septuagenae senae.

**Exercitus nostri**, tertia navis longa, quae linguā Britannicā dreadnought (Noli timere) vocatur, pr. Cal. Dec. in portu Tergestino navalibus<sup>4</sup> exiit. Nomen ei Princeps Eugenius inditum est.

**L'Epée** sacerdos, Gallus ante hos ducentos annos natus unus omnium humani generis beneficentissimus erat, qui primus surdis<sup>5</sup> mutisque<sup>5</sup> docendis scholam instituit. Ante huius sacerdotis nobilis aetatem miseri illi nullo modo doceri posse putabantur, dum tali huic generis humani amico contigit suā scholā rem eo<sup>6</sup> perducere, ut nunc ubique terrarum in huius modi scholis doceantur, qui voce atque auditu privati vivunt.

**Discipuli** universitatis Budapestinensis, qui Vindobonae concentum<sup>7</sup> vocum edebant, magistro Töttössy duce aderant in hypogaeo<sup>8</sup> Capucinatorum, ubi ad arcam reginae quondam nostrae, Elisabethae coronā collocatā officia<sup>9</sup> praecipua<sup>9</sup> praestabant.

**In actis diurnis** Americanis nuper nomen adolescentulae Ximenae, filiae Mc. Glashami legionis<sup>10</sup> quondam legati<sup>10</sup> legebatur. Puella est undeviginti annorum, quae uberrimum quaestum<sup>11</sup> papilionibus<sup>12</sup> colli-

gendis sibi comparat. Illa enim regio Californiae, ubi ad ripam lacus Tahoe oppidum Trucke situm est, diversis papilionum generibus abundat. Complures iam societates naturae investigatorum<sup>13</sup> et viri multi, qui his bestiis colligendis delectantur, puellam adierunt, cuius ope thesaurum<sup>14</sup> papilionum sibi explerent. Sed puella non contenta papilionibus captis et ipsa educat rariores, quos magno vendit.

**Otho Lessing**, unus omnium Germaniae sculptorum clarissimus, qui complures urbes patriae suae pulcherrimis operibus artis ornabat, annum agens sexagesimum sextum mortuus est.

**Maria**, princeps<sup>15</sup> femina<sup>15</sup> Belgicae, mater regis Belgarum, soror Caroli I. Rumenorum regis anno sexagesimo sexto Bruxellis mortua est. Quoad maritus, Philippus Flandriae comes vixit, domus Mariae locus erat, in quo artifices et homines docti Belgicae conveniebant, quia apud Leopoldum II., regem superiorem tantum mercatores aestimabantur, in artibus et litteris versati haud magni<sup>16</sup> fiebant.

**Paroeciae**<sup>17</sup> Budapestinensis regionis tertiae annus nongentesimus VI. Id. Dec. celebrabatur. Communio<sup>17</sup> enim Christianorum<sup>17</sup> cum paroecia anno MXII. constituta est.

Quo die sollemnes supplicationes<sup>18</sup> cum<sup>18</sup> gratulationibus<sup>18</sup> habebantur, in aedibus sacris hymnus<sup>19</sup> Ambrosianus<sup>19</sup> cantabatur, orationem sacram Alexander Martinovics sacerdos habuit.

**In fodinis**<sup>20</sup> ad St. Martin de Valgalgues in Gallia in altitudine ducentorum sexaginta metrorum aëris<sup>21</sup> spiritus<sup>21</sup> graves<sup>21</sup> displacebantur eo temporis momento, quo fossores exituri erant. Maxima pars iam evaserant, sed duodequadraginta inerant, e quibus unus semianimis efferebatur, mortui viginti et unus inventi sunt. Timendum est, ne reliqui quoque perierint.

1 szépirodalom 2 szindarab 3 mérnök 4 hajógyár  
5 süketnéma 6 oda 7 hangverseny 8 sírbolt 9 mély  
tisztelet 10 tábornok 11 kereset 12 pillangó 13 kutató  
14 gyűjtemény 15 hercegnő 16 sokra 17 egyházközség  
18 hálaadó istentisztelet 19 Te deum 20 bánya  
21 bányalég

**I. L. Caragiale** Rumenorum poëta maximus Berolini mortuus est, cuius corpus publice<sup>22</sup> in urbem Bucureşci apportabatur. Incredibili multitudine populi circumfundebatur templum Sti Georgi, in quo arca poëtae mortui plurimis coronis redimita<sup>23</sup> collocabatur. Pulcherrimam coronam regina Rumeniae, Carmen Sylva misit. Caragiale sibi non solum fabulis scenicis gloriam magnam paravit, sed etiam amore singulari patriae.

**Neapolim** proficiscentes non ignorant proverbium illud Italicum: Videre Neapolim



et mori. Et hercle agro Neapolitano pulchrius quidquam haud inveneris; immo, si unquam Aeneidos librum VI. legisti, his locis maxime teneris<sup>24</sup> antiquorum temporum monumentis. Sepulcrum ipsum Vergilii poëtae, qui Brundisii anno XIX. a Ch. mortuus est, septem chiliometra ab urbe in via Puteolana<sup>25</sup> ostenditur. Ardua<sup>26</sup> est via ad columbarium,<sup>27</sup> quod vulgo poëtae castissimi sedes tranquilla putatur. Cum Petrarca anno MCCCXXVI cum rege Roberto locum visitans lau-

rum<sup>28</sup> sereret,<sup>29</sup> titulus<sup>30</sup> adhuc exstitisse affirmabatur:

*Mantua me genuit, Calabri rapuere; tenet nunc Parthenope. Cecini pascua,<sup>31</sup> rura, duces.*

Titulus, a cardinale Petro Bembo (anno MDLIV.) confectus nunc legitur:

*Qui cineres? Tumuli haec vestigia: conditur olim Ille hic, qui cecinit pascua, rura duces.*

Novissime, ut per acta diurna certiores facti sumus, tumulus pretiosus in summo periculo versabatur. Vicina enim tumulo sunt saxa, quae materiam<sup>32</sup> aedificandi praebent. Quibus excavatis<sup>33</sup> ruinā factā etiam sepulcrum, quod Vergilii creditur, labefactum<sup>34</sup> est. Ne corrueret, opera intermissa sunt.

**Nostris diebus**, cum regiones Europae, ad<sup>35</sup> meridiem<sup>35</sup> spectantes<sup>35</sup> bello crudelissimo ardent, operae<sup>36</sup> pretium<sup>36</sup> erit numerum bellis ultimis amissorum tradere.

Bello, quod in Chersoneso<sup>37</sup> Thracica<sup>37</sup> annis 1853—1856 Russi cum Britannia, Gallia, Turcia gesserunt, ad septingenta quinquaginta milia hominum periisse constat, qui numerus immensus quinquaginta milibus belli civilis Americani (1861—1865) etiam superatus est. Septentrionales enim civitates trecenta milia, regionis<sup>38</sup> autem meridiana<sup>38</sup> civitates ad quingenta milia perdidit. Victimarum<sup>39</sup> belli, quod Austria (1859—1860) cum Italia gessit, quadraginta quinque milia erant; totidem homines absumpsit bellum Germanico-Austriacum anno 1866, quamquam unum omnium brevissimum erat, quod in annalibus rerum gestarum est.

In bello crudelissimo, quod inter Galliam et Germaniam (annis 1870—1871) gerebatur, ducenta et quindecim milia ceciderunt. Armis Iaponiae et Russiae (a. 1905) ad ducenta milia hominum absumpti esse feruntur.

Quot hominum vitae consumantur bello novissimo, adhuc parum constat. Sed pro exercitibus ingentibus, qui instructi sunt,

<sup>22</sup> állam költségén    <sup>23</sup> diszít    <sup>24</sup> leköt, érdekel  
<sup>25</sup> Pozzuoli    <sup>26</sup> meredek    <sup>27</sup> (társas) temetkezöhely  
<sup>28</sup> babér    <sup>29</sup> ültet    <sup>30</sup> felirat    <sup>31</sup> legelő    <sup>32</sup> anyag  
<sup>33</sup> kiváj    <sup>34</sup> megrázkódtat    <sup>35</sup> déli    <sup>36</sup> érdemes    <sup>37</sup> Krim  
<sup>38</sup> déli    <sup>39</sup> áldozat

facile<sup>40</sup> adducor<sup>40</sup> ut<sup>40</sup> centum milia mortuos et vulneratos esse credam.<sup>40</sup> Quis est, qui affirmare possit, quot milia usque ad belli finem interituri sint.

<sup>40</sup> könnyen lehet.



SALSE DICTA

Regina filiolo suo vesperi fabulas simplices narrare solebat. Saepe vero puerulus debebat fabulari. Aliquando regulus in conclavi sollicitus<sup>1</sup> obambulabat.<sup>2</sup>

— Hodie tu narrabis fabulam, allocuta est eum mater.

— Non, non; hodie fabulari nescio — respondit filius. Hodie multo tristior sum, quam ut fabulam narrare possim.

— Sed fac narres! Volo...

— Tum post fabulam narratam osculaberis<sup>3</sup> me?

— Osculabor te.

Parvulus tum capite demisso fabulari coepit:

— Fuit quondam, fuit quoddam praeclarum ac pretiosissimum vas<sup>4</sup> in urbe Sèvres fabricatum, quod... ego hodie confregi.

Haec erat fabula. Puerulus autem ob vas confractum punitus non est, quamquam vicini regis donum fuerat. *R. Kucsera.*

In sepulcro quodam hanc inscriptionem legi:

«Ego tu fui, tu eris ego.

Utinam tu essem, tu esses ego».

*Z. Hallay.*

Duo homines rixantur. Alter iratus alteri inclamat:

— Tu iam in carcere eras.

— Illic quoque hominem esse oportet.

*Idem.*

Iudex (ad furem): Quomodo audebas in bona invadere,<sup>5</sup> quae aliorum erant?

Fur: Quid agam, si omnia sunt aliorum?

— Cur appellabatur Cicero pater patriae?


— Quia patria fuit filia eius.

*St. Kenyeres.*

Stephanus venator sturnum<sup>6</sup> habuit, qui cum dominus eum interrogabat: Ubi es Mathia? respondebat: Hic sum.

Eugenius, vicini filius, qui avem valde amavit, aliquando, venatore absente eam captam in sinum suum abscondit. Tunc ipsum intravit venator, cui interroganti sturnus statim respondit: Hic sum. Et fur hoc modo proditus erat. *Eug. Kovács (Bp., III.).*

<sup>1</sup> izgatott <sup>2</sup> fel-alá sétál <sup>3</sup> megcsókol <sup>4</sup> edény  
<sup>5</sup> ráveti magát <sup>6</sup> mátyás.



I.

Femineum sum pronomen, quod saepius audis,

Iam notum claro carmine Vergillii.

«C» praepone: vides hanc plantas inter et herbas;

«M»: populo veteri dulcior esca<sup>1</sup> fuit.

*Guil. Lhm. (Vrsl.).*

II.

Quid hunc hominem difficile facturum putas?

*L. Horváth (Keszthely).*



III.

Simillimus equo, tamen non est equus. Quid est?

*A. Dévény.*

<sup>1</sup> étel

IV.

				a					
				a	a	a			
		a	a	a	b	b			
		d	d	e	e	f			
		i	i	i	i	i			
		j	l	l	n	n			
		n	n	n	o	o			
o	p	r	r	r	s	s	s	s	
s	s	t	t	t	u	u	u	v	

Litterae in hac figura ita disponantur, ut in apice consonans, in libramentis<sup>2</sup> nomina appareant: 1. dei inferorum, 2. urbis Borussiae, 3. fluminis Asiatici,

4. deae Romanae, 5. fluminis Germanici, 6. urbis antiquissimae, 7. poetae Latini, 8. ducis Spartani; — media series perpendicularis<sup>3</sup> significet urbem Austriacam amoenissimam.

Guil. Lhm. (Vrsl.).

V.

Femina eram formosa, diu quaesita marito: Laudarunt libri<sup>4</sup> nomina nostra sacri.<sup>4</sup>

Nunc me verte: fere toti iam cognitus orbi, Cantibus et modulis<sup>5</sup> egregius vir adest.

Guil. Lhm. (Vrsl.).

VI.

Mortui me edunt; si me mortales ederent, morerentur.

A. Duschinsky (Posonium).

VII.



<sup>2</sup> vízszintes <sup>3</sup> függőleges <sup>4</sup> biblia <sup>5</sup> dallam.

Solutiones aenigmatum numeri 5.

I. Septem ova habuit. Primus emit  $3\frac{1}{2} + \frac{1}{2} = 4$ , alter  $1\frac{1}{2} + \frac{1}{2} = 2$ . — II. Tredecim vecturae. — III. Naturam expellas furcā, tamen usque recurret. — IV. Iuventus. — V. Avis, navis, ravis. — VI. Iustinianus.

Aenigmata recte dissolverunt: I. Arnot (Parisi), E. Blau (Losonc), E. Brenek (Budapest), A. Coleridge (Londinium), I. Dénes (Budapest), T. Fehrentheil (Gyergyószentmiklós), E. Feliks (Leopolis), G. Horay (Temesvár), S. Jakubowsky (Leopolis), L. Kiss

(Dés), C. Lewicki (Leopolis), P. Lorsch (Vindobona), A. Marszatkevicz (Leopolis), N. Kõlivirta (Helsinki, Finnia), R. Lamos (Budapest), L. Magnard (Parisi), D. Nagy (Claudiopolis), I. Peller (Monacum), E. Schlessinger (Érsekújvár), Lucia Stroia (Cibinium), N. Szporny (Alba Carolina), T. Szumowski (Leopolis), Gisella Tarczay (Zagrabia), T. Vuia (Temesvár), G. Weisz (Budapest, VII. B.), N. Weiszlovits (Budapest, VII. B.), I. Wildt (Déva).

Alterum praemium Gisellae Tarczay, alterum Ioanni Arnot sorte obvenit.



Claudius Sz. Utraque carmina rite mihi reddita sunt. Perlegi ea seposuique ad tempus, non ita longum. Nunc enim numerus Id. Dec. proditurus iam paene omnino absolutus ac perfectus erat. Guilelmi Lehmanni, viri honoratissimi, domicilium est Vratislaviae (Breslau) XVI. Auenstrasse 19. Si eum litteris adieris, spero tibi responsurum esse. — Guilelmus W. (Bp. III.) Fabellam de Francisco Deák complures sodalium tuorum ad me miserunt. Sed linguā Latinā parum faceta mihi videtur, quamobrem eam seposui. «Nauta incautus» mihi non satis liquet, itaque versionem Hungaricam fac mittas. Et in posterum quidquid miseris, versionem adiungas velim. — I. Szűgyi. Aenigmata ad saltum eculei solvenda, si bona sunt, fac mittas; sed ludum latrunculorum minimae lectorum parti cognitum pro tempore omitamus. — Filito meo et Sub exitum Septembris. In numero hoc duplici concinnando tantum temporis consumendum mihi erat, ut tua pace carmina, amico animo ad me missa temporibus tranquillioribus inspiciam. Gaudebo, si me diebus festis praesentia tua ornaveris. — Korn. (Leopolis). Tuum nomen interpretari non potui. Aenigma (codex) facillimum est. — Tiberius V. (Temesvár). Aenigma tuum duobus de causis publicare nequeo. Primum, quia nihil legi de Numitore Illyriae (!) rege, deinde quia tuum legere vix potui. — Horay. «Pan et Apollo» iam pridem mihi traditum erat. «Cicero et Syracusanus» proxime prodibit. — A. Kemény. Tuum fortasse publicari poterit. — Nic. Németh. Etiam alterum tuum. — Fr. Bollresz. Saluta magistrum tuum honoratissimum Jánosy, verbis meis, quod tibi Iuventutem dederit. E litteris tuis te hoc praemio dignum esse video. — De reliquis proxime.

Moderator ephemeridis STEPHANUS SZÉKELY DR. Budapestini, Üllői-út 71., ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.